

Teuffels Höhle / & ad Hausbergum, aliis
que in locis reperi.

§. 5. TOPHUS five PORUS, quem
Agricola inter lapides numeravit, huc et-
iam pertinet : qui ad fontem vulgo *der*
Fürsten-Brunne copiosus est, & in ejus
aqua generatur : quando nempe ex par-
ticulæ, quas aqua vehit, præcipitantur,
corporibusque injectis adhærent. Scæpius
etiam in locis incultis, circa pagum *Co-*
spita, in montibus ad vallem *das Rau-*
he-Thal / & in illo latiori monte bey
dem Luft-Schiffe / in *der Zische* &c.
inveni. In *Gembda* amne etiam reperi,
& *Vinariæ* in rivulo quodam, qui non
procul à via, qua à *Vinaria* ad *Erfurtum*
itur, ad sinistram viæ est. Non dicam
quod circa *Salfeldiam*, *Vinariam*, *Ertur-*
tum & *Gotham* reperiatur tofus. Ad or-
nandas componendasque curiosorum cry-
ptas, germ. *das Grotten-Werck* / col-
ligitur : alii contra pyramides ex hoc tofo
componunt.

§. 6. SAXUM CALCARIUM in-
ter gypsum frequens est, quod in calcem
uritur. *Salfeldiæ* etiam reperitur, me ipso
& *Encelio* testibus, qui *Lib. III. de Re Me-*